

qui in delictum simile corruerit? Aut qua libertate corripere peccantem, cum tacitus sibi ipse respondeat eadem commisisse, que corripit? Primum⁴² itaque dicendum est, quod tam sanctum nomen sit sacerdotii, ut nobis etiam ea, que extra nos sunt posita, reputentur, non quo^j propter vitia^k nostra^k episcopi non fiamus, sed quo^l
 5 propter filiorum incontinentiam ab hoc gradu arcendi^m simus. Qua enim libertate possumus alienos filios corripere et docere, que recta sunt, cum nobis statim possit, qui fuerit correptus, ingerere: „Ante doce filios tuos“? Aut qua fronte extraneum corripio fornicantem, cum mihi conscientia mea ipsa respondeatⁿ: „Exhereda ergo filium fornicantem, abyce filios tuos vitiis servientes“? „Cum autem nequam filius
 10 in una tecum convivat^o domo, tu audes de alterius oculo⁴³ *festucam* detrahare, in tuo *trabem* non vides“? Non itaque iustus polluitur ex vitiis filiorum, sed libertas ab / 105^f / apostolo ecclesię principi reservatur, ut talis fiat, qui non timeat propter vitia liberorum extraneos reprehendere. Non⁴⁴ *protervum*: Id est non tumentem et placentem sibi, quod episcopus sit, sed quasi bonum villicum id requirentem, quod
 15 pluribus prosit. Non *iracundum*: Iracundus est, qui semper irascitur et ad levem responsionis auram⁴⁵ quasi a vento folium commovetur. Prohibet⁴⁶ quoque episcopum esse *vinolentum*, ut⁴⁷ sensu occupato vel exaltet risum contra gravitatem et decorem et labiis dissolutis cachinnet vel, si paululum tristis cuiusdam rei fuerit recordatus, inter pocula in singultus prorumpat et lachrymas. Post⁴⁸ vinolentiam
 20 etiam hoc precipit, ne *percussor* sit, quod quidem et simpliciter intellectum edificat

j) quod Hs. k–k) vitia nostra] vitam nostram Hs. l) quod Hs.
 m) arguendi Hs. n) als rindeat gekürzt Hs. o) convivetur Hs.

42) Primum – Z. 13 reprehendere aus Hieronymus, in Titum 1, 6–7, S. 18, 363–19, 377. – Der Textauszug im gleichen Umfang auch enthalten in c. 10 der Aachener Kanonikerregel von 816 (MGH Conc. 2/1 S. 327, 6–15).

43) Vgl. Matth. 7, 3.

44) Non – Z. 16 commovetur aus Hieronymus, in Titum 1, 6–7, S. 20, 402–407. – Der Textauszug im gleichen Umfang auch enthalten in c. 10 der Aachener Kanonikerregel von 816 (MGH Conc. 2/1 S. 327, 20–23).

45) Danach bei Hieronymus und in der Aachener Kanonikerregel folgend: atque peccati.

46) Prohibet – Z. 17 vinolentum aus Hieronymus, in Titum 1, 6–7, S. 21, 418. – Der Textauszug im gleichen Umfang auch enthalten in c. 10 der Aachener Kanonikerregel von 816 (MGH Conc. 2/1 S. 327, 25). – Danach, vor Weiterführung des Zitats mit ut, wie in der Kanonikerregel 15 Worte des Quellentextes ausgelassen.

47) ut – Z. 19 lachrymas aus Hieronymus, in Titum 1, 6–7, S. 21, 420–423. – Der Textauszug im gleichen Umfang auch enthalten in c. 10 der Aachener Kanonikerregel von 816 (MGH Conc. 2/1 S. 327, 25–27).

48) Post – S. 60 Z. 4 infirmorum aus Hieronymus, in Titum 1, 6–7, S. 22, 445–451. – Der Textauszug im gleichen Umfang auch enthalten in c. 10 der Aachener Kanonikerregel von 816 (MGH Conc. 2/1 S. 327, 28–32). – Danach, vor Weiterführung des Zitats mit Turpis, wie in der Kanonikerregel der gleiche Zwischenabschnitt des Quellentextes CC 77 C S. 22, 451–456 ausgelassen.